



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

... lacca color ruber corii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

LIBER PRIMUS. 55

cio me parum movet. Etenim  
 uti ab אדם, quod *rubrum* notat,  
 fit plurale אדמים, & à עור niger,  
 plurale עורים, non video cur à רחש  
 non possit dici plurale רחשים. Cum  
 itaque רחש de pellibus dicatur,  
 & colorem significet, non alium  
 colorem ego fuisse puto, quam  
 quem לכא Talmudici vocant. לכא  
 R. Salomo definit צבע עור אדם colo-  
 rem corii rubrum. Scilicet de ru-  
 bro colore id intelligi vult, quam-  
 vis in corio magis quam in pannis.  
 Videri possunt quæ observata sunt  
 viris præstantissimis Johanni Bux-  
 torfio & Samueli Bocharto. Is  
 vero color coccineus mihi fuisse  
 videtur. Quod quidem voluit  
 R. Salomon Jarchi, qui in Cholin  
 לכא exponit per סר"קא in Pesachin  
 autem per סר"קא, si vera est viri  
 doctissimi Johannis Braunii, qui  
 vestitum Sacerdotum Hebræorum  
 luculento commentario nuperius  
 illustravit, conjectura, qua pro  
 סר"קא emendat סרלקא, ut *cocci-*  
*num* intellexerit Jarchius. Quo-  
 modo & de coccino intelligenda  
 vult ea Talmudis loca, eo magis  
 quod in Pesachin quæstio fit de

Talm. in  
 Pesachin  
 fol. 24. b.  
 & Cholin  
 fol. 28. a.

Buxt. Lex.  
 Talm. R.

לכא  
 Bochart.

Hieros.  
 p. 2. lib. 4.  
 cap. 4.

Braun. de  
 vestitu  
 Sacerd.  
 Hebr. lib.  
 1. cap. 15.

## 56 DE CALCEIS HEBRÆOR.

aqua & furfure, qua utuntur infectores ad tingendam *laccam*, quali aqua & hodie utuntur ad tincturam coccini. Ut cum Jarchius *Lacca* explicet צבע עץ אדום שקורין *צבע עץ אדום*, ut quidem pro צבע עץ אדום, vel צבע עץ אדום emendat, perinde sit ac si dixisset, *color est ruber corii, quem vocant Sarlaka*. Neque possum omittere quod idem coniecit vir eruditissimus, procul dubio eundem colorem, & idem corium esse, quale nobis & hodie affertur *Smirna*, & ex aliis locis, quod Gallicè *Maroquin du Levant* dicimus. Cum itaque צבע עץ אדום colorem rubrum corii interpretatur R. Salomoh, nos צבע עץ אדום eundem colorem fuisse putamus.

X. Talem colorem rubrum, sive coccineum, hic intelligendum ex eo fiet longe verisimilius, si attendamus tales calceos gestare magnificum fuisse. Facile videre est in hisce calceis, de quibus Propheta, aliquid magnum fuisse, cum inter tot ornamenta recenseantur. Quorum enim inter alia præclara, quibus Hebræam gentem se ornasse prædicat supremum Numen, mentionem

Braun. lib.  
x. cap. 14.